



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**Coloniae Munatianæ, 1665**

1 Si vir sit gelidus, ab eo sejungitur uxor.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

- 3. Tertio, si sola confessio cordis crimen posse deleri.
- 4. Quarto, si tempore orationis quis valeat reddere conjugii debitum.
- 5. Quinto, an vir sine consensu uxoris continentiam vivere possit, vel si minus vel terroribus licentiam vivendi ab ea extorqueat.

QVÆSTIO I.

**Q**uod autem propter impossibilitatem reddendi debitum mulier à viro suo separari non possit, auctoritate Evangelica, & Apostolica probatur. Sic enim Christus ait in Evangelio: [Nulli licet dimittere uxorem suam, nisi causa fornicationis:] vel quia aliter eorum sicut Augustinus exponit, fornicatus fuerit, vel ad quam aliter alterum pertrahere voluerit. Item Apostolus: b [Mulier, quanto tempore vivit vir ejus, alligata est legi ipsius.] non legi sibi reddendi debitum: sed non transferendi se ad alium. Item c: [Eius, qui matrimonio juncti sunt, præcipio, non ego sed Dominus, uxorem à viro non discedere, nisi causa fornicationis.] Evangelica itaq; & Apostolica auctoritate prohibetur mulier à viro suo discedere, nisi ob causam illam cuius notissimam: quia interveniente si discesserit, oportet eam manere inemptam, aut reconciliari viro suo. Unde datur intelligi, quod impossibilitate reddendi debitum facit conjugii dissolvi. Huic ita respondetur. Conjugium confirmatur officio, ut supra i probatum est: postquam vero officio confirmatum fuerit, nisi causa fornicationis, non licet vir uxorem dimittere, vel uxore à viro discedere. Verum antequam confirmetur, impossibilitas officii solvit vinculum conjugii.

**¶** Ut supra Videtur indicari e. non dubium & c. cum scilicet supra 27. q. 1. de qua re ibi notatum est.

**C. I.** Licet mulieri alteri nubere, quam ob frigiditatem vir cognoscere non poterit.

Unde scribit Gregorius. Joanni 1. Ravennati Episcopo.

**Q**uod d. autem interrogasti de his, qui matrimonio juncti sunt, & nubere non possunt, si ille aliam, vel illa alium ducere possit? De quibus scriptum est: [Vir & mulier, si se conjunxerint, & postea dixerit mulier de viro, quod non possit coire cum ea, si potest probare per justum iudicium, quod verum sit, accipiat alium. Si autem ille aliam acceperit, separentur.]

**¶** Joanni] Repetenda sunt, que sunt notata in hoc idem caput supra 27. q. 2.

C. II.

Item ex epistola ejusdem.

**R**equisisti e. de his, qui ob causam frigidæ naturæ dicunt se non posse invicem operam carni dantes committere. Iste verò si non potest ea uti pro uxore, habeat eam quasi sororem. Quod si retinaculum conjugale voluerunt rescindere, maneat utriusque innupti. Nam si huic non potuit concordare naturaliter, quomodo alteri convenire? Si igitur vir aliam vult uxorem accipere, manifesta patet ratio f, quia suggerente diabolo odii fomitem, exorsam eam habuit, & idcirco eam dimittere mendacii falsitate molitur. Quod si mulier causatur, & dicit, Voluisse mater, & filios procreare, & uterque eorum septima manu propinquorum tactis sacrosanctis reliquiis iurejurando dicat, ut nunquam per commixtionem carnis conjuncti una caro effecti fuissent, videtur mulierem secundas nuptias contrahere posse. Humanum g. di-

a Matth. 19. supra 28. quæst. 1. c. de dolariis. b. item si infidelitas. b. Rom. 7. c. 1. Cor. 7. d. supra 27. q. 2. quod autem. Sent. 4. dist. 34. Burch. l. 9. c. 40. Ivo p. 8. c. 118. Pann. l. 6. c. 115. Anf. l. 10. c. 26. Capit. 8. c. 35. e. Ivo p. 8. c. 120. Sent. ibid. Polyc. l. 8. tit. 4. Auselm. l. 10. c. 17. Burch. l. 6. c. 44. Ivo p. 8. c. 122. Pagnotta. l. 6. c. 116. ex Greg. 7. f. al. ratione. g. Rom. 6.

co propter infirmitatem carnis eorum. Vir autem qui frigida natura est, maneat sine conjugio. Quod si & ille aliam copulam acceperit, tunc hi, qui juraverint, perjurii crimine rei teneantur, & penitentia peccata priora cogantur recipere connubia.

Hoc a autem forvari præcipitur, cum uterq; idem fateatur. Casum si vir afferuerit se reddidisse debitum uxori, & illa distinetur, cui potius fides habenda sit, merito quaeritur.

**C. III.** In veritate viri confisus, si mulier negat se cognitam ab eo.

De hi in concilio apud Compendium habito ita statutum est.

**S**i b. quis accepit uxorem, & habuit eam aliquo tempore, & ipsa femina dicit, quod nunquam coisset cum ea: & ille vir dicit, quod licet fecit, in veritate viri confisus, quia vir caput est mulieris.

Ecc. quod impossibilitas reddendi debitum, vinculum sicut conjugii. Sed hoc de naturali impossibilitate statutum est. Hoc autem, malefici impedimento, non frigiditate naturali debitum conjugale prohibente, à viro suo separata est. Unde quaeritur, si licet etiam in hoc casu à viro suo discedere, & aliam copulare.

**C. IV.** Quid de hi, qui malefici impedire, core non possunt.

De hi ita scribit Hincmarus Rhemensis Archiepiscopus.

**S**i e. per fortitias, atque maleficas i, occulto, sed nunquam injusto Dei iudicio permittente, & diabolo parante, concubitus non sequitur, hortandi sunt, quibus ista eveniunt, ut corde contrito, & spiritu humiliato, Deo & sacerdoti de omnibus peccatis suis duram confessionem faciant, & profusis lachrymis, & largioribus elemosinis, & orationibus, atque jejuniis Domino satisfaciant, & per exorcismos ac cetera ecclesiasticæ medicinx munia, ministri ecclesiæ tales, quantum Dominus annuerit, quibus Abimelech, ac domum ejus Abraham orationibus sanavit, sanare procurent. Quod si forte sanari non poterint, separari valebunt: sed, postquam alias nuptias experierint, illis in carne viventibus, quibus juncti fuerant, prioribus, quos reliquerant, etiam si possibiles concumbendi eis reddita fuerint, reconciliari nequibunt.

**¶** Maleficas] In vulgati saquebatur, artes: qua vox abest à plerisque, vetustis codicibus, ac ceteris collectionibus.

Sed in hoc vi detur contrarius præmissis capitulo Gregori. Ali enim post possibilitatem redditam jubetur separari ab eo, cui secundum nuptias, & redire ad primum. Hoc autem veritas, cui secundum copulata fuerat, primo reconciliari non poterit.

QVÆSTIO II.

**Q**uod autem ei, cum quo prius fornicata fuerat, post separationem nubere possit, superius probatum est. Mortuus est enim sibi vir ejus. Ex quo, iudicio ecclesiæ ab eo separata, ab ejus lege soluta est. Unde iuxta e. b. postquam nubat, cui vult, tantum in Domino. Sed quaeritur, si sine ecclesiastico iudicio, nulla causa dissidii rationabiliter probata ab ea discessisset, an esset cogendus redire ad eam? et hoc est statutum est in concilio Carthaginensi, cui interfuit Augustinus, cap. 30. f.

**¶** Etiam in codicibus manuscriptis, & apud Ivoem part. 2. cap. 32. citatur ex concilio Carthaginensi, in quo nullo in veniens est, sed in Agathensi, cap. 25. (ex quo citat Ivo eadem part. 2. cap. c. 25.) & Capit. 7. c. 30.

a Sent. 4. dist. 34. b. Sent. ibid. Burch. l. 9. c. 42. Ivo part. 2. c. 120. Pann. l. 6. c. 119. c. Sent. ibid. Ivo p. 2. c. 124. Pann. l. 6. c. 121. d. al. novissima. e. 1. Cor. 7. f. al. 25. c. 1

